

que armat milites. munit custodias et contra Romanos maximas infidias parat. Quo
veniente in Reatinam civitatem. Romani nunciū ante suam praesentiam venerunt. qui et mortem
felleratissimi Johannis nunciaverunt. et de electione vel consecratione Benedicti diaconi ro-
gaverunt. sed nihil ab eo optinere potuerunt. sed tale ab eo responsum acceperunt. Quando
dimiseris enses mecum. tunc dimittam ut dominum Leonem papam in cathedra S. Petri non restituum.
Nunciū vero reversi sine operis et voluntate imperis eundem Benedictum diaconum Romanorum pontifex
elegerunt. Quod audiens dominus imperator magis in furore et ira exarsit. undique circumvallavit
civitatem Romanam. per diversas civitates oppida et castella cepit depredari: incendere atque ex-
stare et funditus dissipare. In tantam itaque penuriam et captivitatem eam adduxit. ut
modius purpureis vendicaretur 30 argenteis. Coangustati et afflicti Romani. et tam pes-
simum malum sustinere non valentes. innocentem Benedictum imperi tradiderunt. et dominum
Leonem in apostolicam sedem suscepervnt. spondentes ei et domino imperi super corpus b. Petri ap-
t. Iterum post sacramentum dimisit eis. quanta et qualia ab ipsis perpessus est mala. et ita
dominus imperator a civitate Romana in partes Gallie recessit.

Mortuo vero Leone omnes Romani a minimo usque maximum una concordia et uno
ore atque spontanea voluntate elegerunt sibi dominum Jochem. reverentiss. et primum episcopum S. Nar-
niensis ecclesie. bene doctum. et honorifice eruditum. de divinis et canonicis libris. Nam a
cunabulis in clericali ordine doctus in Lateranensi palatio. hostiarum. psalmista. lector.
exorcista. acolitus. subdiaconus. diaconus. in eadem Rom. ecclesia per distinctos ordines
est ordinatus. et ita deo volente legitime et canonice pontifex est ordinatus.